AUGUSTINUS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 130v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26015
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ro omia mea pauperib. et tradidero corp meu ut ardeam. caritate autem non habeam.
nichil mihi prodest. Caritas magnanima est. benigna est. caritas non emulatur. non agit
perperam. non inflatur. non deponestatur. non querit que sua sunt. non irritatur. non cogitat
malum. non gaudet super iniquitate. congaudet autem veritati. Omia tolerat.
omia credit. omia sperat. omia sustinet. Caritas nunq cadit. Et paulo post.
Nunc autem manet nunc fides. spes. caritas. tria hec. Maior autem horum est caritas. Sectamini
caritatem. Item dicit ad galatheos. Vos enim in libertatem vocati estis fratres. tantum ne
libertatem in occasionem carnis detis. sed per caritatem seruite inuicem. Omnis enim lex in
uno sermone impletur. in eo quod diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Hoc est
quod ad romanos ait. Qui diligit proximum legem impleuit. Item dicit ad colossenses.
Super omia autem hec caritatem quod est vinculum perfectionis. Et ad timotheum.
finis inquit precepti est caritas. Et adiungens quales caritas. de corde inquit pu-
ro. et conscientia bona. et fide non ficta. Ad corinthios autem dicit. Omia uestra in cari-
tate fiant. Satis ostendit et ipsa correptione quam aspera amara sentiunt quod cor-
ripiunt. cum caritate esse facienda. Vnde alibi cum diuisse. corripite inquiete. con-
solamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. ne ma-
ledicatis. Videte neqs malum pro malo alicui reddat. Et quoniam corripiunt inquiete.
non malum pro malo. sed potius bonum reddite. Hec autem omia que non caritas operatur. Et apls
petrus autem omia inquit mutuam caritatem inter nos perpetuo habentes. quia caritas co
operit multitudinem peccatorum. Dicit et apls iacobus. Si tamen legem perficitis regalem secundum
scripturas. diliges proximum tuum sicut te ipsum. bene facitis. Et iohs apls. qui diligit inquit fratrem
suum. in lumine manet. Et alio loco. Qui non est iustus non est de deo. et. qui non diligit fratrem
suum. et hoc est annuntiatio quam audiuimus ab initio. ut diligamus inuicem. Item
alibi. Hoc est inquit mandatum illius. ut credamus nomini filii eius ihu xpi. et dili-
gamus inuicem. Et iterum. Hoc inquit mandatum habemus ab ipso ut qui diligit deum
diligat et fratrem suum. Et paulo post. In hoc inquit cognoscimus. quia diligimus filios
dei. cum deum diligimus. et precepta eius faciamus. Hec est enim dilectio dei. ut precepta eius
seruemus. et precepta eius grauia non sunt. et in epla secda scripturis est. Non quasi preceptum
nouum scribo uobis. sed quod habuistis ab initio. ut diligamus inuicem. Dicit et ipse
iohes in duobus preceptis dilectionis dei. et dilectionis proximi. tota lege pphas q;
pendere. De quibus duobus preceptis in euglio secundum marcum scriptum est. Et accessit
unus de scribis quod audierat illos pquirentes. et uidens quoniam bene illis respondere
rat. interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Ihs autem respondit ei.

Nota. - Aut de correpcione

Nota.